



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.25. S. Hospitius Anachoreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Sæculum VI.
A. C. 574.

§. XXV.

S. Hospitius Anachoreta.

Greg. IV. Postquam Longobardi in Italia Sedem
hist. c. 39. fixerant, in Gallias quoque sub tri-
Mar. Avent. bus Ducibus Amo, Zaban & Rodan irru-
Chr. perunt. Amo viam, qua Embrodunum

tenditur, ingressus est, Zaban per Civi-
tatem Diam usque Valentiam penetra-
vit. Rodan prope Gratianopolim castra
posuit. Diu Barbari hospites in Mona-
sterio Aganiensi seu S. Mauritii, diverte-
runt, anno octavo post Consulatum Im-
peratoris Justini Indictione septima seu
anno 574. at a Francis fortiter repelle-
bantur. Amo totam Regionem Arela-
ensem, quam Provinciam dicimus, va-
stavit.

Greg. VI.
6.

In ea Provincia prope Niceam ad
Varum degebat S. Hospitius, a multis
jam annis inclusus in Turri, quæ non ha-
bebat portam, sed tantum fenestram,
unde se conspiciendum præbebat. Cor-
pus ligaverat catenis ferreis, atque Cili-
cium super induerat, solo pane & pau-
cis dactylis reficiebatur. In Quadrage-
sima nullo cibo nisi radicibus, quas ipsi
mercatores ex Ægypto afferebant, victi-
tabat. Adventum Longobardorum in
Galliam, ut isto flagello peccata populi
punirentur, prædixit, consiliumque sup-
peditavit Incolis, ut securitatis causa
res

res suas in urbes mœnibus clausas defer- Sæculum VI.
rent, & se ipsos in loca munitiora reci- A.C. 574.
perent. Ad Monachos vero dixit: *Vos*
quoque fugite, & que habetis auferite vo-
biscum, nam Gens illa, de qua locutus
sum, imminet cervicibus vestris. Re-
sponderunt: *Sanctissime Pater! non de-*
seremus te. Ipse: Nolite mibi timere,
me male habebunt, sed non occident.

Monachis recedentibus, adveniunt Longobardi, atque populando omnia lu- strantes etiam in Sancti Viri Cellam in- cederunt. Ipse e fenestra prospexit; at illorum duo, quia turrim circumeuntes nullum invenire poterant ostium, ascen- su tectum superarunt, & dejecerunt; tum videntes virum catenis vincitum di- xerunt: *Latro est.* Et advocate Inter- prete jusserunt querere, cuius criminis reus esset. Vir Sanctus Homicidam se esse confessus est, & omnis generis sce- lerum reum. Longobardorum aliquis educto gladio caput loquentis fissurus erat. At ecce! immobilis, ut erat ex- tensa, hæsit dextera, nec potuit retrahi. Excidit ferrum, conclamat socii, & S. Hospitium interrogant, quid factu opus esset. Vir Sanctus formato Crucis Si- gno manum Longobardi, percussoris sui, sanavit. Is tota mente conversus vo- luit sibi capillos abscindiri, & in eodem loco Monachum induit. S. Hospitius

Hist.Eccles.Tom.VIII.

F plura

Sæculum VI. plura alia edidit Miracula. Cuidam cœ
A. C. 574. co nato lumen dedit. Alium etiam in
columem præstítit, Pirum nomine, sur-
dum & mutum, Patria Andegavensem,
a quo omnia, quæ refert, Gregorius Tu-
ronensis accepit. Hospitius post pau-
Mart. Rom. cos exinde annos e vivis abiit, ejusqui-
21. Maii. Memoriam 21. Maii colit Ecclesia.

§. XXVI.

Gregorius Episcopus Turonensis.

vit. init. edit. Interim Gregorius non diu abhinc, tem-
1699. Mart. pore quo Longobardi irruperant, *E*
Rom. 4. Aug. piscopus Turonensis ordinatus fuerat
Euphronius Antecessor ejus obierat an-
no Sigeberti Regis duodecimo IESU
Christi 573. quarta Aug. qua die Eccle-
sia ipsius Memoriam colit. Populo Tu-
ronensi ad eligendum Episcopum con-
gregato cœteris omnibus communi con-
fensu prælatus est Gregorius, jam antea
in hac urbe notus, quo sæpe venerat Re-
liquias S. Martini veneraturus; multi
etiam ab ipso præclare gesta fama vul-
gaverat. Generis ejus nobilitatem,
Scientiam, Pietatem, & quod Principi-
bus carus esset, non ignorabant. Ergo
omnes, Clerici, Nobiles, populus illius
Civitatis, & agricolæ Gregorium Episco-
pum deposcere. Mittuntur Legati ad
Regem Sigebertum, ad cuius Ditionem
Civitas Turonensis pertinebat, & ecce
per